

DE UNO CONFESSORE PONTIFICE.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut beāti N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda solémnitas ꝛ et devotióem nobis áugeat et salutem : Per.

Alia Oratio.

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beāti N. Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deférimus : ut qui tibi digne méruit famulári ꝛ ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis : Per.

DE UNO CONFESSORE DOCTORE.

Oratio.

DEUS qui pópulo tuo æternæ salutis beátum N. ministrum tribuísti : præsta, quæsumus, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris ꝛ intercessórem habére mereámur in cælis : Per.

DE UNO CONFESSORE NON PONTIFICE.

Oratio.

DEUS, qui nos beāti N. Confessoris tui ánnua solemnitate lætíficas : concéde propítius ut cujus natalítia cólimus ꝛ étiam actiões imitémur : Per.

Alia Oratio.

ADESTO Dómine supplicatióibus nostris, quas in beāti N. Confessoris tui solemnitate deférimus : ut qui nostræ justitiæ fidúciam non habémus ꝛ ejus qui tibi plácuít précibus adjuvémur : Per.

DE UNO ABBATE.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beāti N. Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus ꝛ ejus patrocínio assequámur : Per.